illi).i.imitatores mei: ⁊ ſi q̄s quereret habeb: ne imitatores ſubdit ita: q: (annunciabit̄ dn̄o).i.ad honorē dn̄i (generatio ventura).i.regeneratio qua in corpe ⁊ aīa regenerabimur accipiētes ſtolā glorie. de qua generatōe Math. xix. Cum ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes iudicātes duodecim tribus iſrl̄. q. di. vir iuſtus mltos habebit imitatores: q: nunciata illa futura regeneratōne naſcent̄ multi in p̄nti p gratiā: nec ſolū illa grā annūciabit̄ vt alliciant̄ ad bonum: ſ ⁊ futura pena nunciabit̄ eis vt retrahant̄ a malo. vn̄ ſubdit (⁊ annūciabūt celi).i.celeſtes viri (iuſticiā eius) quia malos puniet. (pplo illi) qui naſcet̄ p gratiā (quā fecit dn̄s) ⁊ totum eſt opus dei Jacobi.j. voluntarie.i.ex pura ſua benignitate genuit nos vt ſimus initium aliq̄d creature eius Tyt.iij. Nō ex opibus iuſticie q̄ fecimus nos ſ ſm ſuam miſcdiā ſaluos nos fecit.

Ps. xxij.

Pſalmus XXII

a

Dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit: i loco paſcue ibi me collocauit

Titulus. Ps. Dauid. Titulus patet. Supra egit de paſſione xp̄i ⁊ de fructibus eius: hic aūt adhuc ꝓſequit̄ fructū eius qui eſt liberatio a captiuitate babylonis ſcꝫ a pctō ⁊ h̄ facta eſt p paſſionem dn̄i p quā data eſt nobis libertas redeundi ad ſupnā hierlm ad quam reuertimur p decem dietas quas in hoc ps. deſcribit ꝓpha. in principio ergo huius ps. dicit vir iuſtus ſe habere xp̄m ducem ad redeūdum in celeſtem hirlm: de qua loquit̄ in fine ps. cum dicit (vt inhabitē in domo dn̄i ⁊c.) ⁊ a principio vſq; ad finem deſcribit illas decem dietas ſiue grās p q̄s nos reducit ductor nr̄ xp̄s. ⁊ ſm illas decem diſtinguit̄ ps. iſte in decē ptes. exceptis principio ⁊ fine ps. Dicit ergo vir iuſtus (dn̄s) xp̄s (regit me) redeuntem de captiuitate babylonica.i. de pctō regit vt dux viatorem ne deuiet vt lux in tenebris ambulātē ne exorbitet: vt paſtor gregem ne a lupis pereat: de primo Sap.x. Juſtum deduxit dn̄s p vias rectas Joh.viij. Qui ſequit̄ me ⁊c. Hiere.xvij. Non ſuz turbatus te paſtorem ſequēs. de ſcdo Joh.viij. Ego ſum lux mūdi. de tercio Joh.x. Ego ſum paſtor bon⁹: bon⁹ paſtor aīam ſuā dat ꝓ ouib⁹ ſuis: vel (dn̄s re. me) vt nauē vt regnū: vt exercitū. de naue Jac.iij. Ecce naues cū magne ſint ⁊ a ventis validis minent̄ circūferunt̄ a modico gubernaculo vbi impetus ducētis voluerit. de regno. Ps. Regnū tuū regnū oīm ſeculoꝝ Joh.xviij. Regnū meum nō eſt de hoc mūdo. de exercitu Eſa.vj. Dn̄m exercituū vidi oculis meis Job.vij. Militia eſt vita hoīs ſup terram Item (regit me) vt cecū. xxix. Oculus fui ceco dicit xp̄us Itez regit me: vt equū freno ⁊ ſtimulo. freno ne oberrem Eccli.xxviij. Facito frenos ori tuo rectos. ſtimulo ne obdormiā.ij. Cor.xij. Dat⁹ ē mihi ſtimul⁹ ⁊c. Eccli.xxxviij. Qui tenet aratrum ⁊ qui gloriat̄ in iaculo ſtimulo boues agitat. Item (regit me) vt ſcholas. Ps. Qui ſedes ſuper cherubin.i. plenitudine ſcie. ⁊ alibi. Qui regis iſrl intende Alia lr̄a dn̄s (paſcit me) corpe ⁊ ſanguine ſuo Jo.vj. Caro mea vere eſt cibus. Ps. Edent paupes ⁊c. Item (paſcit me) ſcia ⁊ doctrina Hiere.iij. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū ⁊ paſcēt vos ſcia ⁊ doctrina. Itē (paſcit me) grā Math.v. Beati qui eſu. ⁊ ſi. iuſt. ⁊c. Itē (paſcit me) gloria Lu.xxij. Et ego diſpono vobis ⁊c. ⁊ ex q̄ talem rectorem habeo (nihil mihi deerit) in via. Aug⁹. Quid ei deeſſe pōt qui oīa habētē habet. Aug⁹. Paſcit ꝯtempnentē ſe ⁊ nō paſcet ſequentē ſe Lu.xxij. Qn̄ miſi vos ſine ſacculo ⁊c. ⁊ ꝙ nihil deeſt illi qui habet xp̄m qui eſt panis angeloꝝ dei virtus ⁊ dei ſapia ⁊ qui eſt oīa in oībus.j. Cor.xv ⁊ ꝙ ſibi (nihil deerit) ꝓbat p iductionē illoꝝ decē q̄ ſūt neceſſaria viatori. videamus g̃ primo q̄ ſūt illa ⁊ poſtmodū ſufficientiā videbimus ipſoꝝ. Prima grā eſt cognitio ſacre ſcripture: de qua dicit (in loco paſcue).i. ſacre ſcripture (ibi me collocauit) Dicit̄ aūt ſacra ſcriptura paſcua q: ibi cibus ſpūalis inuenit̄.ſ. verbū dei. De quo Deut.viij. Non in ſolo pane viuit hō ſ in oī verbo q̄d ꝓcedit de ore dei Ezech.iij. Cibauit me volumine illo Eſa.v. Paſcent̄ agni iuxta ordinē ſuū ⁊ deſerta in vbertatē verſa aduene comedēt: deſerta ſunt ſacre ſcripture q̄ in multis locis ſteriles ⁊ aride vident̄. ſ in vbertatē vertunt̄ qn̄ fideliter exponunt̄. ⁊ tunc aduene.i. gentiles ꝯuerſi ſunt: ſicut in principio eccleſie fuit vl' pctōres qui mō ꝯuertunt̄ comedunt p intelligentiā ⁊ ad nutrimentū ꝯuertunt p opationē. illa deſerta ſic in vbertatē verſa. In paſcua aūt ſacre ſcripture ſunt quatuor expoſitōes quaſi quattuor diuerſa fercula. Primum eſt expoſitio lr̄alis. Scd̄m expoſitio allegorica. Terciū moralis. Quartū anagogica. Primū eſt quaſi panis ordeaceus. Scd̄m quaſi ſilligineus. Tercius triticeus Quartū quaſi ſimilagineus. In hac aūt paſcua collocat̄ a deo qui in ſacra ſcriptura ordinate ſtudet: collocare eīm ordinem notat q̄d nō faciūt multi qui modo in hoc libro modo in illo ſtudēt. ⁊ ſic nihil ꝑfecte intelligūt nec paſcūt̄ in ſacra ſcriptura: ſ magis tedio afficiunt̄: de talibus pōt intelligi q̄d dicit Job.viij. Sup aceruū petraruz radices eius denſabunt̄: radices ſtudentis cogitatōes ⁊ affectōes que qn̄ nō ſtudet ordinate ſup aceruū iaciūt̄ ⁊ in nō loco paſcue collocant̄ ⁊ ibi denſant̄.i. fiunt groſſe ⁊ rudes nec tranſeūt ad ſubtilem intellectū Ezech.xxxiiij. In paſcuis vberrimis paſcam eos: ſ q: qui bn̄ vult paſci in ſacra ſcriptura ⁊ eā intelligere oportet ꝙ fidē habeat: q: ſicut Eſa. vij. ſm aliā tranſlationē niſi credideritis non intelligetis: ideo neceſſaria eſt. Scd̄a grā q̄ eſt baptiſmi regeneratio: q̄ eſt ianua fidei: de qua dicit:

Sup aquam refectōnis educauit me: animam meam conuertit. 2

Sup aquā refect.).i. baptiſmū (educauit me) Spūalr̄. Et dī baptiſmus aqua q: ad lr̄am in aquā fit: ſ aqua refectōnis duobus modis q: reficere eſt reformare. ⁊ reficere eſt ſatiare baptiſmus reficit.i. reformat in hoīe ſilitudinē dei quā dyabolus deformauerat p pctm̄ Eſa.j. Lauamini mūdi eſtote. Greg. Lauamini aqua baptiſmi Zach.xiij Erit fons patens dn̄i dauid in ablutōe peccatoris ⁊ menſtruate. Itē baptiſmus reficit.i. ſatiat. q: in baptiſmo datur ſpūs.ſ. qui replet ⁊ ſatiat. Q: dat̄ ſpūs.ſ. in baptiſmo habet̄ Math.iij. Ipſe baptizabit vos in ſpūſancto: ꝙ ſpiritus ſanctus repleat dī Act.ij. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. De hac duplici refectione habet̄ Act.ij. ꝙ Petrus dixit penitentiā agite ⁊ baptizet̄ vnuſquiſq; vr̄m in noīe ieſu xp̄i in remiſſionē pctoꝝ.i. accipietis donū ſpūſſācti in remiſſionē. Ecce primū accipietis ⁊c. ecce ſcd̄m ſup hanc ergo aquā refectionis dicit iuſtus (educauit me) ſicut puer fidei nutrimēto. q. d. recepto ſacro baptiſmi quaſi fundamēto paulatim alia ſacra recepi q̄ nutriuit aīam. Abac.ij. Qui incredulus eſt nō erit aīa eius recta i ſemet ipſo iuſtus in fide ſua viuet Ezech.xlvij. Aque deſcendebant ad latus templi dextri. ⁊ poſt ſubiūgit. oīs aīa viuēs ad quē ꝑuenerit torrēs iſte viuet: ⁊ ideo bn̄dicit ꝙ (ſup) hanc (aquā educauit me dn̄s) piſcis in aqua naſcit̄ ⁊ nutrit̄. ⁊ ſine ea morit̄. ſic nos in aqua baptiſmi naſcimur: in aqua doctrine nutrimur: ⁊ ſine ea morimur Eccli.xv. Aqua ſapie ⁊c. Eſa.xij. Haurietis in gaudio aquas ⁊c h̄ aqua fiet fons aque viue ſaliētis in vitā eternā Joh.iiij. Sed mirum eſt ꝙ nos ſumus ſup hāc aquā nec reficimur. vn̄ recte ſignificamur p vaccas fedas exeūtes flumine Gen̄.xlj Tercia grā eſt oīmoda ꝯuerſio ad deū vt nihil ꝑter eum querat hō: de q̄ addit (aīam meā ꝯuertit) ad ſe vt mūdanis rebus nō inhiet vel intēdat q̄minus ad eū libere currere poſſit Joel.ij. Conuertimini ad me in toto corde v̄ro ſic couerterat dn̄s aplm̄ q̄ dicebat Heb.xiij. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē ſ futurā inq̄rimus. ⁊ ad Philip.iij. Oia arbitratus ſum vt ſtercora vt xp̄m lucrifacerē: ꝓpter hoc dicit Petrus.j. Pet.ij. Obſecro vos tanq̄ aduenas ⁊ pegrinos abſtinere vos a carnalib⁹ deſiderijs. Aduene enim ⁊ peregrini in via qua peregrinant̄ multas vident pulchras villas ⁊ amena loca: ſed ipſi nō detinent̄ ibi: q: cor eorum totum verſum eſt ad patriam ſuam ad quam feſtināt reuerti. ſic licet videamus hic aliquas falſas amenitates debemus omnia ꝑtranſire ⁊ tendere ad patriam

A
Qualiter dn̄s dux ē rector ⁊ paſtor hoīs iuſti multipliciter

B
Decē grē neceſſarie iuſto viatori q̄bus dn̄s regit eum

C
Quadruplex ſenſus ſcripture

D
Baptiſm⁹ q̄re dī aq̄.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

celeſtem ſicut peregrini Oſee.xj. Conuerſum eſt cor meū
in me. Quarta gr̄a quā facit dn̄s viro iuſto eſt q̄ ducit eū
p̄ compendiū ꝯſilioꝝ: vn̄ ſubdit.

5 Deduxit me ſuper ſemitas iuſticie: ꝓpter
nomen ſuum.

Deduxit me ſup̄ ſemitas iuſticie) .i. p̄ ſemitas .ſ. p̄ conſi
lia p̄ que deducit̄ homo vt rectius ꝛ citius ꝑueniat ad pa
triā Eſa.ij. Venite aſcēdamus ad mōtem dn̄i ꝛ ad domū
dei Jacob. ꝛ docebit vos vias ſuas: ꝛ ambulamus in ſemi
tis eius Prouer.viij. Ducam te p̄ ſemitas equitatis quaſ
cum ꝛc̄. Dicunt̄ aūt conſilia ſemite: q2 ſunt arcta munda
ꝛ compendioſa: ſ3 ſemite iuſticie dicunt̄ q2 p̄ ea fit vera iu
ſticia: ſi eñ homo peccauit ꝛ poſtea complet ſola p̄cepta
nō facit veram iuſticiam deo de ſeipſo: q2 ſi nunq̄ꝫ peccaſ
ſet tenebat̄ tñ ad p̄cepta: ſ3 qui vult veram iuſticiam face
re de ſuo peccato oportet vt ſicut cōmiſit illicita etiā a lici
tis abſtineat: ꝛ hec faciūt qui implent cōſilia: ꝛ hec feci nō
ex meritis meis (ſ3 ꝓpter nomen ſuum) .i. ꝓpter bonitatē
ſuam. Pſ. Propter nomen tuum dn̄e ꝓpiciaberis pecca
to meo: vn̄ homo quem dn̄s ducit p̄ ſemitā cōſilioꝝ pōt
hn̄ cantare. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo dn̄e Exodi
xv. Dux fuiſti in miſc̄dia pp̄lo tuo. Pſ. Deduc me dn̄e i
via tua. Item pſ. Vias tuas dn̄e ꝛc̄. neceſſariū eñ eſt ha
bere ductorem in ſemita cum ſit ignota. Quīnta gr̄a eſt ſe
curitas de qua dicit.

E
Cōſilia q̄re dicunt̄ ſemite iuſticie.

4 Nam etſi ambulauero in medio vmbre
mortis: nō timebo mala qm̄ tu mecū es.

Nam ꝛ ſi ambulauero in medio vmbre mor. nō timebo
mala) vmbrā mortis vocat pctā vel ipſos pctōres Job.
xl. Protegūt vmbre vmbrā eius ꝛ ipſe dormit ſub vmbra
Eſa.ix. Habitātibus in regione vmbre mortis lux orta eſt
eis: ſic ergo cōtinua: vere deduxit me ꝛc̄. ꝛ hoc p3 q2 ex du
catu eius tantā fiduciā ſumpſi q̄ (nō timebo mala ꝛc̄) ſ3
eſt qd̄ dicit (nam ꝛ ſi ambulauero in medio vmbre mor
tis) .i. inter pctōres quoſcūq3 non timebo mala culpe ad
quā me trahere volunt: nec mala pene quā mihi infligūt
quare non timebo (qm̄ tu mecum es) o deus. vn̄ pſ. Dn̄s
ꝓtector vite mee a quo trepidabo Prouer.xxviij. Cū am
bulaueris in igne nō ꝯſumeris: ꝛ flama non ardebit te: q2
dn̄s deus tuus ſum Prouer.xxviij. Juſtus quaſi leo cōfi
dens abſq3 terrore erit. Greg. q2 cum diligit quē nemo in
uitus amittit Eccli.xxxiiij. Qui timet deum nihil trepida
bit: ꝛ nota q̄ inter oēs pctōres detractores dicunt̄ vmbra
mortis q2 ſiles ſunt morti. mors nulli parcit: ſ3 oēs equali
ter ferit: ſic detractores omnibus detrahūt: vn̄ detractor ſi
gnificat̄ p̄ beſtiam q̄ erat ſilis vrſo Dan̄.vij. Vrſus enim
hab3 os amplū ꝛ multū vorax animal eſt: ſic ipſi detracto
res. ꝛ dr̄ de illa beſtia q̄ tres ordīnes erant in ore eius ꝛ in
dentibus eius: ita detractio in tribus eſt: q2 detractor ma
la apta diffamat: bonis aptis derogat: dubia male interp̄
tat̄. Sexta gr̄a eſt patiētia ꝛ gaudiū in tribulatione. vnde
ſubdit.

F
Vmbra mortis dr̄ pctm̄ vel pctōr maxime detractor.

Figura

5 Virga tua ꝛ baculus tuus: ipſa me con
ſolata ſunt.

Virgam vocat minorē correctionē: baculū maiorem tri
bulationē: nec dicit qd̄ illa patienter ſuſtinuerit: ſ3 q̄ ipſa
eum ꝯſolata ſunt: qd̄ magis eſt Act.v. Ibant ap̄li gaudē
tes a ꝯſpectu cōcilij. qm̄ digni habiti ſunt ꝓ nōie ieſu ꝯtu
meliā pati Job.vj. Hec mihi ſit cōſolatio vt affligens me
dolore nō parcat: ꝯſolant̄ aūt flagella dn̄i virū iuſtū ꝓpter
tria: q2 ſigna ſunt dilectōis paterne Apo.iij. Ego q̄s amo
arguo ꝛ caſtigo Heb.xij. Quē eñ diligit dn̄s caſtigat fla
gellat eñ oēm filiū quē recipit. Item Prouerb.iij. Diſci
plinā dn̄i ne abijcias quē ei diligit dn̄s corripit ꝛ q̄ſi i filio
complacet ſibi. Scd̄o penas eternas in tp̄alem cōmutāt.
Greg. Sancti penas tp̄ales lucrum putant: q2 p̄ has eter
nas euadere nō ignorant. Tercio q2 gaudia eterna donāt
Sap̄.iij. In paucis vexati in multis bn̄ diſponent̄. virga
dr̄ beata virgo. baculus crux: de virga Cant.iiij. Que eſt
iſta que aſcēdit p̄ deſertum ſicut virgula fumi. De baculo

G
Flagella ꝯſolant̄ virū iuſtū ꝓpter tria

H
Btā v̄go ꝛ crux xp̄i

Gen̄.xxxij. In baculo meo tranſiui iordanem iſtum. hec
duo vere cōſolant̄ nos in omni tribulatōe nr̄a. ꝛ dr̄ beata
v̄go virga: q2 h3 has ꝓprietates virge v̄ſus. Plana plicās
gracilis menſurās recta rotūda. Percutit irritat. cortice
tecta canes. Item crux habet ꝓprietates baculi. Verſus.
Paſtor habet baculū ꝑegrinus ſenex pugil eger. Fortis
ferrat⁹. ferit arcet. ſuſtinet vinctus. de baculo paſtoris .iiij.
Reg.iiij. Tolle baculū meū ꝛ vade ꝛc̄. de baculo ꝑegrini
Exo.xij. Baculos habētes in manibus ꝛc̄. de baculo ſenū
Thob.x. Vt quid te miſimus ꝑegrinari baculū ſenectu
tis nr̄e Zach.viij. Mihi baculus in manu p̄ multitudine
dierū. de baculo pugilis .j. Reg.xvij. Nunq̄d ego ſum ca
nis ꝛc̄. de baculo egri Exo.xxj. Si ambulauerit foris ſup
baculū ſuū. Septima gr̄a eſt refectio eucharíſtie: de qua
ſubiungit.

q̄re dicit̄ v̄ga.

Verſus

6 Paraſti in cōſpectu meo menſam: aduer
ſus eos qui tribulant me.

Paraſti) tu o deus q2 alius parare nō poſſet: de hac pa
ratōe Prouer.ix. Sapia edificauit ſibi domū: excidit colū
nas ſeptē imolauit victimas ſuas: miſcuit vinū ꝛ ꝓpoſuit
menſam: miſit ancillas ſuas vt vocarēt ad arcē ꝛ ad me
nia ciuitatis. ſapia eſt dei ſapia xp̄s domus eccleſia colum
ne ſeptē ſacr̄a imolauit victimas ſuas .i. ſeip̄m in ara cru
cis obtulit. ſ3 plr̄ dicit victimas: q2 hec vna victima xp̄s p̄
multas hoſtias in lege figurata fuit: ille erāt vmbre. h̄ fuit
veritas illarū vmbrarū: ſicut dr̄ Heb.x. Omnis quidē ſa
cerdos p̄ſto eſt quotidie miniſtrās: ꝛ eaſdē ſepe offerens
hoſtias q̄ nunq̄ꝫ pn̄t auferre pctā. hic aūt .ſ. xp̄s vnam ꝓ
pctis offerens hoſtiā in ſempiternū ſedet ad dexteram dei
p̄ris. ꝓpoſuit menſam qm̄ ſeipſum in altaris ſacro mādu
candum dedit miſit ancillas .i. p̄dicatores vt vocarent ad
arcem ꝛc̄. i. ad ſacr̄m corporis xp̄i qd̄ eſt cōtra inimicos mu
nitiuū: vnde hic addit (aduerſus eos qui tribulāt me) .ſ.
demones ꝛ qui ꝛ quales debeāt venire ad menſam iſtam
bene oſtendit̄: ibi Prouer.ix. Vbi eis que p̄diximus adiū
git. ſi quis eſt paruulus veniat ad me ꝛ inſipiētibus locu
ta eſt. Venite comedite panem meū ꝛ bibite vinū qd̄ mi
ſcui vobis: ꝑuulus eñ debet eſſe ſi quis accedit ad hanc
menſam .i. humilis innocēs: vel ſaltem penitēs ſicut par
uulus ꝛ inſipiēs .i. ſine ſapia: de qua dicit Jacobi.iij. Nō
eſt iſta ſapiētia deſurſum deſcendēs ſ3 terrena aīalis dya
bolica qui aliter accedit indigne accedit. vnde dicit ap̄lus
j. Cor.xj. Probet aūt ſeipſū homo ꝛ ſic de pane illo edat
ꝛ de calice bibat. ꝓbet ſc3 vtrum ſit paruulus ꝛ inſipiēs.
ſicut diximus ꝛ addit apoſtolus. Qui eñ manducat ꝛ bi
bit indigne iudiciū ſibi mādicat ꝛ bibit. Legit̄ Exo.xxv.
Facies menſam de lignis ſethim.

I
De menſa eucharíſtie

Eſt aūt multiplex menſa bona.
Eucharíſtie .j. Cor.x. Non poteſtis cōmunicare men
ſe xp̄i.
Scripture Prouerb.ix. Sapientia edificauit ſibi domū ꝛ
ꝓpoſuit menſam.
Gratie Mathei.xv. Nam ꝛ catelli edunt de micis que
cadunt ꝛc̄.
Glorie Luce.xxij. Et ego diſpoſui vobis: ſicut diſpoſu
it mihi pater regnum ꝛc̄.
Penitentie .ij. Regum.ix. Tu comedis panem in men
ſa mea.
Contēplatōis Job.xxxvj. Requies mēſe tue erit plena
Predicationis Luce.xix. Quare non dediſti pecuniam
meam ad menſam.
Orationis Ezech.xxxix. Saturabimini ſup mēſā meā
Hoſpitalitatis Neemie.v. Qui veniebant ad me de gē
tibus in menſa mea erant.
Pietatis. vnde .iiij. Regum.iiij. Ponamus in eo men
ſam ꝛ ſellam.

K
Bona mēſa multiplex

Menſa v̄o mala multiplex.
Superbie Eſaie.xxj. Pone menſam contemplare in ſpe
cula. De Baltaſar dicit̄ abſorbens diuitias.
Auaricie Eccleſiaſtici.xiiij. In triſticia erit ſuper men
ſam ſuam.

L
Mēſa mala multiplex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Symonie Iob. Numulariorū effudit eſ. &c.
¶ Luxurie. iij. Reg. xviij. Qui comedūt de mēſa Iezabel.
¶ Gule Eſa. xxviij. Oēs menſe replete ſunt vomitu.
¶ Ydolatrie. j. Cor. x. Menſe demoniorū &c.
¶ Fortune Eſa. lxv. Qui ponitis menſam fortune.
¶ Fallacie Dañ. xj. Ad mēſam vr̄am mendaciū loquet̄.
¶ Hereſeos Eccli. xxxj. Surge e mēſa τ vome.
¶ Adulatōis Eccli. xxix. Tranſi hoſpes orna menſam.
¶ Detractōis Eccli. xl. Vir reſpiciēs in mēſam alienā nō eſt vita eius in cogitatōe victus.
¶ Octaua gr̄a eſt ſpūalis leticia: de qua ſubdit.

7 ¶ **Impinguaſti in oleo caput meum: τ calix meus inebrians ꝙ̄ p̄clarus eſt.**

¶ Impinguaſti in oleo caput meū) .i. mentē meā leticia ſpūali Eccl̄s. ix. Oleum de capite tuo nō deficiat Eſa. xxj. Vt darem eis oleū gaudij ꝓ luctu: τ in ps̄. Vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̄ ꝯſortibus tuis. Nō aūt q̄re oleū dr̄ ſpūalis leticia eſt q: illuminat. reficit ſupenatat fecit ne homo luctans ꝯtra dyabolum poſſit ab eo capi: ſicut videtis ꝙ iniungunt̄ illi q̄ ſunt pugnaturi in duello.
¶ Nona gr̄a eſt ꝯtemplatio de qua dicit (τ calix meus inebrians) .i. ꝯtemplatio in qua me inebrias τ facis obliuiſci oim̄ miſeriarū τ curarum: q: ſicut dicit Ethnicus. tunc veniūt riſus cū paup̄ cornua ſumit (ꝙ̄ p̄clarus eſt) .i. valde p̄clarus q: feces terrenarū τ carnaliū cogitationū τ affectionum nō cōmiſcent̄ in illo calice. De inebriatiōe iſta Cañ. ij. Introduxit me rex in cellam vinariā .i. in ſecretū ꝯtemplationis ordinauit me: qui eñ habet charitatē ordinatam: nō querit q̄ ſua ſunt: nō emulat̄: nō agit ꝑperam: ſicut dicit apl̄s. j. Cor. xiij. Sic nec ebrius: τ ideo q̄ſi ebrius ſe petit ſpōſam fulciri. Cum eñ dixit: ordinauit in me charitatē ſtatim adiunxit fulcite me floribus &c.
¶ Decima gr̄a eſt ꝑſeuerātia. de qua ſubdit.

8 ¶ **Et miſericordia tua ſubſequet̄ me: omnibus diebus vite mee.**

¶ Et miſcđia tua ſubſequet̄ me) .i. miſcđia q̄ precedit me ꝓferendo gratiā ſubſequet̄ me ne cadā a gr̄a ſ; in bono ꝑſeuerem (oibus diebus vite mee) .i. ſemꝑ in hac p̄nti vita ꝓpter hoc orat eccleſia: tua nos dñe gr̄a ſemꝑ p̄ueniat τ ſequat̄: ac bonis opibus iugiter p̄ſtet eſſe intentos: τ Greg. dicit. Cito bonum ꝑdit̄ qđ a largiēte nō cuſtodit̄: ſic ergo habemus decē q̄ neceſſaria ſunt viatori redeunti in ſupernam hirl̄m: τ ſufficiūt iſta ad ꝓſperitatem vie. Loci ꝑ quā tranſit̄ fertilitas qđ notat̄: ibi (ſuꝑ aquam refectōis &c.) Eundi volūtas qđ notat̄: ibi (aiam meā ꝯuertit) Vie cōpendioſitas qđ notat̄: ibi (deduxit me ſuꝑ ſemitas iuſticie) Vie ſecuritatis qđ notat̄: ibi (ſi ambulauero in med. vm. mor. nō ti. &c) In labore ꝯſolatio qđ notat̄: ibi (vgā tua τ ba. t. ipſa me. cō. ſunt) Delectabilis cibi refectio qđ notat̄: ibi (paraſti in cō. m. mē.) Montis exaltatio qđ notat̄: ibi (impinguaſti in oleo ca. meū) Boni vini potatio: ſeu malorum obliuio: ibi (calix meus inebrias) Itineris ꝯtinuatio qđ notat̄: ibi (τ miſe. t. ſub. me. o. di. vi. mee) habito ergo de via oñdit terminū vie dicēs,

9 ¶ **Et vt inhabitem in domo dñi: in longitudine dierum.**

¶ Et vt inhabitē) .q.d. non ſolum p̄dicta facies mihi. ſ; et poſt iſta facies (vt inha. in do. dñi) in ſupna hirl̄m: de qua domo. ij. Cor. v. Scimus qm̄ terreſtris domus nr̄a huiꝰ habitatio diſſoluat̄ ꝙ edificationem ex deo habemus domū nō manufactā eternā in celis (in longitudine dierꝫ) .i. in eternitate Prouer. iij. Longitudo dierum in dextera illius Eccli. xxiij. Gloria magna eſt ſequi dñm: longitudo eñ dierū aſſumet̄ ab eo qui. ſ. ꝑ illa decē p̄dicta ducit̄,

Ps̄. xxiij.

Pſalmus XXIII

1 **D Omini eſt terra τ plenitudo eius: orbis terrarum τ vniuerſi qui habitant in eo.**

Titulus ps̄. dauid. in prima ſabbati. Supra egit ꝓpha de fructu paſſionis dñice. Hic aūt adhuc ꝓſequit̄ huhc fructum agens in hoc ps̄. de xp̄i clarificatōe τ hois reformatione qđ notat̄ in titulo: q: hec facta ſunt in prima ſabbati .i. in die dñica paraſceue qm̄ ſurrexit dñs. Ps̄. iſte tripartitus eſt. Primo oñdit ꝓpheta ꝙ xp̄s eſt dñs omnium: et ad fidem eius facilius trahant̄ homines. Scđo oſtendit quibus virtutibus p̄diti ſunt in eccleſia: ibi (quis aſcēdit in montem dñi) Tercio malos ammonet vt eum ꝑ fidē recipiāt: ibi (attollite portas) dicit ergo (Dñi eſt terra) ſ; eſt verum ad l̄ram τ commendat̄ hic xp̄us multipliciter. Primo a paſſione cum dicit (dñi) .i. xp̄i (eſt terra) Scđo a diuitijs: ibi (τ plenitudo eius) .i. terre. Tercio ab amplitudine poſſeſſionis: ibi (orbis terrarum) Quarto a multitudine ſubditorum cum dicit (τ vniuerſi qui habitant in eo) Quinto a firmitate poſſeſſionis: ibi (quia ipſe ſuꝑ maria fundauit eum) orbem. Sexto ab amenitate: ibi (τ ſuꝑ flu. p̄. eum) ſ; videt̄ contrarium Iob. xxvj. Qui appēdit terram ſuper nihilum non ergo ſuꝑ maria fundauit terram. Solutio terra dr̄ fundata ſuꝑ maria: quia vbicunq; fodiat̄ reperit̄ aqua: vel aliter τ melius poteſt dici ꝙ loquit̄ hic ꝓpheta vulgariter ſicut dr̄ caſtrum fundari ſuper aquam que ei adiacet. Myſtice (dñi eſt terra) id eſt eccleſia. τ ſicut dictum eſt hic commēdat xp̄m a poſſeſſione. p̄mo a dño eccleſie: quia eius eſt (dñi eſt terra) id eſt ipſe ē dñs terre id eſt eccleſie ratione creationis: rōne hereditatis. rōne emptiōis. rōne regiminis. de hac terra in ps̄. Benedixiſti dñe terram tuam. id eſt eccleſium Math. vltio. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo τ in terra. Multipliciter aūt eius eſt.

Myſtice A Dñi xp̄i ē ſu eccleſia eſſe multipliciter &c.

¶ Vt vinea Eſa. v. Vinea dñi ſabaoth.
¶ Vt domus ps̄. Domū tuā dñe decet ſctitudo &c.
¶ Vt ager Hiere. xxxij. Poſſide agrū &c.
¶ Vt hereditas. ps̄. Poſtula a me τ da. t. gen. he. tuā.
¶ Vt ſpōſa Cañ. iiij. Veni de libano &c.
¶ Vt filia. ps̄. Audi filia τ vide &c.
¶ Vt ſoror Cañ. viij. Soror mea &c. Scđo oſtendit diuitias regni eius cum dicit (τ plenitudo eius) id eſt eccleſie: cuius plenitudo eſt virtutes τ gratia τ fideles qui ſunt de eccleſia. Tercio commedat eum ab amplitudine eccleſie: cum vocat eam orbem terrarum dicens (orbis terrarū) id eſt eccleſia in qua ſunt de qualibet parte mundi fideles eſt (dñi) xp̄i: vnde in ps̄. dixit ei pater. Poſtula a me τ dabo tibi gen. here. tu. τ po. t. t. ter. τ gloſat ſe cum addit (et vniuerſi qui habitant in eo) τ ꝓ id eſt. Eccleſia enim eſt congregatio fidelium. τ bene debet eſſe ſuus iſte orbis. id eſt eccleſia. 2

¶ **Quia ipſe ſuper maria fundauit eū: τ ſuꝑ flumina preparauit eum.**

¶ Quia ipſe ſuꝑ ma. fund. eum) .i. fundauit eccleſiam in amaritudine paſſionis ſue τ martyriū Act. xx. Spūſſanctus poſuit vos ep̄os regere eccleſiam quā acquiſiuit ſanguine ſuo Iob. xxxviij. Vbi eras qm̄ ponebam fundamēta terre: vel (ſuꝑ maria) .i. ſuper amaritudines tribulationum Geñ. vij. Multiplicate ſunt aque τ eleuauerunt archam in ſublime (τ ſuꝑ flu. p̄pa. eum) .i. ſuꝑ flumina gr̄arum doctrine baptiſmi de his duobus Ezech. xix. Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuꝑ aquam plantata eſt. Item (ſuꝑ flumina) .i. ſuꝑ delectatōes mūdi Eccl̄s. j. oia flumina intrant mare Abac. iij. Nunquid in fluminibus iratus es dñe: aut in flumi. furor tuus: vel i mari indignatio tua: loquit̄ deus ad aiam fidelem mater tua .i. eccleſia fundata eſt q̄ſi vinea plantata in ſanguine xp̄i q̄ tuus eſt .i. ꝓ te effuſus τ ſuꝑ aquā triplicē quā p̄diximus. vñ ſeq̄t̄ ibi in Ezech. Fructus eius τ frondes eiꝰ creuerūt ex aq̄s multis .i. opa τ p̄dicatōes. Moralr̄ de aia iuſta dr̄ (dñi eſt terra) .i. aia fidelis q̄ dr̄ terra multis rōnibus.
¶ Arida eſt ab humore voluptatis. Ps̄. Et aridā funda. ma. eius. τ alibi. In terra deſerta inuia inaquoſa ſic in ſā. ap. ti. i. in aia fideli. ꝑ ꝯtrariū dr̄ de dyabolo Iob. xl. Sub vmbra dormit in ſecreto calami i locis humētibꝰ Math. xij. Cū aūt exierit ambulat ꝑ loca arida q̄rēs requiē τ nō

Moraliter B Qualr̄ aia iuſti dr̄ terra multis rōnibus.